

Suplicarunt quoque nobis iudici dominus abbas conuentus et
volricus¹ prescripti, ac Ruodolffus² de Roschach pro se
et pro sua vxore vrsula prescripta, prescriptum arbitrium laudum
et ar-bitramentum, coram nobis collaudantes, Ac etiam ipsi arbitri
arbitratores et amicabiles compositores prememorati, sepetactum
laudum arbitrium et amicabilem com(pos)itionem²⁶, ex beneplacito
dictarum parcium et per juris formam / per ipsos latum et diffinitum,
ac sententialiter pronunciatum, per nos. sicuti predictarum parcium
iudicem ordinarium confirmari roborari, et autorizacionem²⁷ iudi-
cialem desuper im(pertiri).²⁸ Nos igitur iudex prescriptus precibus
parcium earundem / annuentes, facta per nos primitus recepcione
et translacione inter di(ctas)²⁹ partes distinctim, certorum bonorum,
manualiter et alternatis vicibus, ad dictas partes transferendo, quem-
admodum prefertur, omnia premissa et singula premissorum /
auctoritate judiciali meliori modo quo possumus approbanus et
confirmamus, auctoritatem nostram dicto arbitrio inpercipientes, jn
quorum evidenciam et roborem auctoritatem, sigillum judicij ecclesie
Curiensis presentibus est appensum, Set / quoniam arbitria
iure cauente ad instar iudiciorum sunt redacta, idecirco nos Ruodolffus² de Trostberg decanus, Volricus¹ Haiden scolasticus, Johannes anhusz canonici, ecclesie curiensis pre-
dicte, Johannes Tumb ar-/miger arbitrii arbitratores et amica-
biles compositores, jn causa, et inter partes prescriptas, quorum
omnia premissa quemadmodum premittuntur, sic fatemur esse gesta,
et per nos arbitrata facta et legitime consumata, Ac eo modo ut
prefertur / per nos diffinita et pronunciata, eapropter sigilla nostra
propria, in robur efficax et testimonium premissorum presentibus
apponimus subimpensa, Nos quoque Burkardus abbas, et con-
uentus Monasterii fabariensis predicti, et volricus¹ de Richenstein oblatus ibidem, Ast ego Ruodolffus² de Roschach prememoratus, pro me et nomine dicte vrsule vxoris mee
legitime, quia omnia premissa et singula premissorum. veluti
premittuntur fatemur esse vera eaque sic / gesta fore et consumata
rite, ex nostroque beneplacito, expresso et de consensu processisse,
premissaque omnia et singula premissorum de nobis expressata col-
laudantes et approbantes, nosque ad obseruationem perpetuam,
eorundem / obligantes et auctoritate presencium asstringentes ideo²⁹
sigilla nostra, singuli, singula presentibus coapponimus subimpensa